UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei declamatoribus admodum vtilis et necessaria

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Patientiae incitamenta sunt tria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

Visual Library

Gloriam meam alteri nõ dabo. Idem. O ſtulti filij Adam qui contemnitis pacem, gloriam appetentes, pacem & gloriam perditis. Et Iſydorus. Si uis eſſe quietus, nihil ſeculi appetas, & ſemper requiem mentis habebis. Iſydo.

Patientiæ incitamenta ſunt tria.

PRimum eſt, admonitio ſacræ ſcripturæ. Ephe. Obſecro uos in domino, ut dignè ambuletis uocatione qua uocati eſtis cum omni humilitate, & patentia. Theſſ. Patientes eſtote ad omnes. Tim. Homo dei ſectare patientiam. Iac. Patientes eſtote ad omnes fratres uſque ad aduentum domini, &c. Secundum quia homini neceſſaria eſt. Vnde Paulus ad Hebręos ait. Patientia uobis neceſſaria eſt, ut uoluntatem dei facientes reportetis promiſſionem, &c. Et eſt neceſſaria propter tria. Primo, quia patientia armatura noſtra eſt in bello ſpirituali; quia ſicut homo in bello materiali indiget armis, ſic in bello ſpirituali. Vnde Ephe. 5. Induite uos armatura dei, ut poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli, &c. Secundo, quia ipſa eſt radix omniũ uirtutũ. Vnde dicit Gloſſa. ſuper illud Luc. In patien-

Ephe. 4. Theſſ. Tim. 6 Iſa. 5. Heb. 10. Ephe. 5 Luc. 21

tia ueſtra poſſidebitis animas ueſtras.
Patientia eſt cuſtos, & radix omnium
uirtutum. Ideo dicitur radix, quia
ſicut radix plantam portat cum ramis
ſuis, & in fructu, ita patientia portat
omnia onera, quę ſibi imponuntur.
Tertio, quia ualde efficax eſt ad quæ-
Hiero. rendum cælum. Hieronymus. Non
niſi patientia impletur quod dicitur
regnum cælorum uim patitur, & uio-
Mat. 11. lenti rapiunt illud. Vnde cum in aliis
beatitudinibus fiat promiſſio in futu-
ro, patientibus tantum in præſenti.
Matt. Beati qui perſecutionem patiun-
tur propter iuſtitiam, quoniam ipſo-
rum eſt regnum cęlorum. Tertium
incitamentum eſt, bona quæ ex pa-
tientia oriuntur. Sed de hac materia
require in ſequenti capitulo. ubi bo-
na ſex notantur.

Patientiæ bona ſunt ſex.

PRimum eſt, quia iram dei & pro-
Prou. 25 ximi mitigat. Prou. 25. In pa-
tiētia lenietur princeps, lingua
mollis confringet duritiam. Prou. Vir
iracundus prouocat rixas, qui au-
tem patiens eſt mitigat ſuſcitatas. Se-
cundum eſt, quia hominem quaſi mar-
tyrem facit. Gregorius. Sine ferro,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN